



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

10 Dec 1403



Dillewisshe ¶ Curia cum Visu Franciplegii tenta ibidem die Lune proxima post festum  
Concepcionis Beate Marie Virginis Anno regni regis Henrici quarti post Conquestum  
quinto  
B.7 [in a much later hand]

Essonia nullus

misericordia iij.d { cc-Johannes Terry de Cippenham querens & Johannes Abbot defendans de licenciam concessi sunt Ita quod predictus  
defendans ponit se perplegium Willelmo Wedone

Herriettus precii { cc-Thomas Ailesham quia alienavit unum mesuagium vij acris & medietatem unius acram terre Johanne  
filee[sic] sue nichil dicit quare una vacca seisita nomine herrietta causa alienacionis predicte  
j marcus in manus domini in manus domini secundum consuetudinem manerij domino adiudicare debeat Et ideo consideratus est  
quod predicta vacca retunatta & quod Ballivus inde super compotum suum respondeat

Recuperent dampnum { Ad istam Curiam consideratus fuit per omnes huius Curiam sectatorum quod Robertus Ketell & Sibilla  
uxor sua recuperent xl.d pro dampnis recuperatis versus Walterum Godeman in placito terre  
pro quibus Ricardus Courteour demenctus pleggius &c



Fidelitas  
Finis xij d  
Respectus

Ricardus Courteour sursum reddidit in manus domini ij acris terre parcellam terre nuper Rogeri Morkyn Ad opus predicti Thome Sampson Cui concessa est &c Habendum & c ad voluntatem domini Reddendo consueta consuetudines & opera consueta Et dat pro ingressu &c xij.d Et fecit fidelitatem Et Incrementum redditus respectatur quousque &c causa supradicta .

Finis dimidia marcus

Dominus concessit Elene Wodeseare pro quodam fine djmidia marce unam vaccam seisitam in manus domini eo quod Alienacio cuiusdem mesuagium sui facta fuit . secundum consuetudinem &c Et Ideo cum Bedellum Et hec concessio causa paupertatis predicte Elene

Fidelitas  
Finis iij iiij d  
Respectus

Ad istam Curiam venerunt Johannes Larke per attornatum suum & Johanna uxor eius examinata in plena Curiam per se & sursum reddiderunt in manus domini iij acris terre in Le Apse cum pertinenciis Ad opus Thome Ailesham . Cui dominus concessit inde seisinam per virgam Et in eadem Curiam predictus Thomas sursum reddidit easdem iij acris terre in manus domini ad opus Johannis Shrovysbury & Alicia uxoris eius Et dominus concessit inde seisinam prefatis Johanni & Alicie per virgam Habendum & tenendum eisdem Johanni & Alicie secundum consuetudinem manerij de Dillewyssh ad voluntatem domini faciendo inde redditus & servicia consueta Et dant domino pro utrisque fine iij s. iiij d Et fecerunt domino fidelitatem consueta . Et quo ad incrementum redditus Consueta secundum consuetudinem manerij posita in respectu quousque &c .

Fidelitas

finis iij d

Respectus

-----

Ad hanc Curiam venit Johannes in the lane & sursum reddidit in manus domini medietatem unius acre terre cum pertinenciis in Northcrofft ad opus Johannis atte Bregge . Cui dominus concessit inde seisinam habendum & tenendum eidem Johannem secundum consuetudinem huius manerij ad voluntatem domini Faciendo inde redditus & consuetudines consueta Et dat domino de fine iij.d Et fecit domino fidelitatem consueta Et incrementum redditus suis de veteri consuetudine manerij Respectu quousque &c

finis iij s iij<sup>d</sup>

Respectu ad proximam

Ad istam Curiam venit Johanna filia Thome Ailesham & sursum reddidit in manus domini unum mesuagium vij acris et medietatem unius acre terre cum pertinenciis que nuper fuerunt Elene Wodeseare ad opus Johannis Lillebourne Cui concessa est inde seisina per virgam Habendum secundum consuetudinem manerij ad voluntatem domini Faciendo redditus & consuetudines debitus & consueta Et dat domino de fine pro ingressu habendo iii.s. iij.d Et fecit domino fidelitatem consueta Et quo ad incrementum redditus & herietus pro tenemento sive mesuagio supradicto adiudicando Curia non dum avisatur pro eo quod testatus est quod predicta Johanna nullum habuit animalia Et ideo respectu quousque &c Et interim scrutando rotuli & alia munimenta <sup>si</sup> in consimili casu ~~si~~ tenens terre mesuagii predicti onera inde debeat &c

---Itat hic quia superius

Ricardus Courteour sursum reddidit in manus domini ij acris terre de tenemento nuper vocato Morkyns ad opus Thome Sampson Cui concessa est inde seisina per virgam Habendo sibi & suis secundum consuetudinem manerij ad voluntatem domini Reddendo inde redditus & consuetudines debitus & consueta . Et fecit domino fidelitatem consueta Et dat de fine pro ingressu nihil quia superius

a  
seisire in manus domini { Preceptum est Bedello seisire in manus domini ij acris terre apud le Pigthill infra dominium eo quod alienantur sine licencia domini Et respondere inde de exitibus quousque &c salvo iure cuiuscumque &c

finis vj.d { Johanne Barde dat domino de fine vj.d pro inquisitione habendo ad inquirendo de iure suo in uno mesuagio & certis terris que fuerunt Alicie Bearde infra dominium . Et homagium inde onerati non cognoscunt quod ipse aliquod ius habet in petitione sua ut dicit &c plegius de fine Willelmus Wedone & Bedellus

Et remanet ad proximam { Ad hanc Curiam venit Thomas Short per Adam Lucas attornatum suum & Alicia uxor predicti Thome in propria persona sua per se examinata & sursum reddiderunt in manus domini unam acram terre cum pertinenciis in Crokstrete ad opus Thome Ailsham si contingat quod predictus Thomas Short & Alicia defecant in solucione xx.s prefato Thome Ailsham in festo sancti Michaelis proximo nunc futuro solvendo quos ab eodem receperunt ex mutuo . Ita tamen quod predictus Thomas Ailsham tunc satisfaciatur prefatum Thomam & Aliciam ad quem diem aretro ----- xxxij.s iij.d ultra predictos xx.s pro terra predicta Et sic remanet in manus domini quousque pro finem

----- ad proximam { Willelmus Lane Willelmus Baillifus Willelmus a Dene Robertus a Woderove Rogerus Bullok Johannes Denewey Johannes Chobham Johannes Pottesblode Philipus Haverynge Adam Lucas Johannes Balle & Johannes Lane non prosequitur electi triati &c ius Thome Ailsham querens & Robertum Denny milite defendans habent diem de assensu partium usque ad proximam Curiam ad verediciendo si prefatus Robertus cepit & asportavit lx lods zabuli predicto Thome apud Amelles in merc-- Ac quandam tabulam vocatum Plank ibidem iacentem cepit & asportavit ad dampnum ipsius Thome xxx.s pro ut ipse superponat Et unde predictus Robertus dicit quod ipse in nullo inde est culpabile ideo pros---- cuiuslibet J--- xx.d

Distringas

Robertus Denny attachiatus est per j equum & ij bilbos iste eodem die ad respondendo domini quare prostravit per ij manupastos suos spinas querculos & alios arbores in bosco domini nuper crescentis s---- ad--- & alienixit sine licencia domini ad dampnum domini xij.s iiij.d Super quo venit predictus Robertus & ponit se in graciam Curie perplegium Ade Lucas & Ricardi Courteour Et respondando eidem &c ----- usque ad proximam Curiam Et interim idem Robertus -----menta sua domino & consilio suo

[End of Roll B7 (recto).]

Roll B7 (verso)

10 Dec 1403 (continued)

Ad huc de Curia infrasc<sup>r</sup>ipta

Distringas

Robertus Denny miles tenet unum tenementum nuper Roberti Knolles & ante Johannis Pere de feodo domini per servicia xl.d per annum ut patet in Rental & per alia servicia ac unum mesuagium & xij acris terre cum pertinenciis vocato Amiels per servicia xj.d <sup>obolus</sup> per annum ix acris terre cum pertinenciis vocato Reygates per Redditum xij.d & j libra Cuminum per annum unum tenementum & viij acris terre nuper in tenura Johannis Daye native & iiij acris terre similiter iacentia in Campo vocato le Aspes per servicia xvj.d per annum & ij acris terre similiter iacentia in Madecroffte per redditus vij.d quartans de tenemento nuper Rogeri Morkyn nativus domini ac de unum tenementum cum pertinenciis quondam Johannis Brighth nativus ut patet in Curia tenta xxj die Mensis Maii Anno regni regis Henrici Quarti tercii loco super nomine Robertus Knolles cuius status predictus Robertus Denny nunc habet in tenementis predictis cum pertinenciis Et ideo consideratus est quod predictus Robertus Distringatus essendi ad proximam Curiam ostensere quomodo ingressus est in feodo domini ac pro fidelitatem & aliis consuetudines retractus dominum satisfaciendo

## Nunc sequitur Visus Franci plegii tenta die loco & Anno supradicto

cc-Johannes Pottesblode capitalisplegius ibidem cum decenna sua Jurati venit pro ut solet & debet Et presentant defaltam Thome Shorte alterius Capitalisplegius qui nunc non audet venire ut testatum est per eisdem Ideo misericordia . condonatur

cc-Item presentant de communi fine de certo ad hunc visum ut patet in capite

cc-Item presentant Willelmum Lane Willelmum Wedone Johannem Pottesblode ~~Willelmum Lane~~ Thomam Ailesham Robertum Denny militem Adam Lucas & Johannem Carter habentes averia ad valenciā xxx<sup>ta</sup> denariorum qui dabunt de veteri consuetudine singuli eorum domino j. d. pro Romselver unde summa hoc anno

cc-Item presentant Willelmum Bailly habuisse in crastino Sancti Michaelis ultimo preterito ij. d. j. porcū Johannem Pottesblod xiiij. d. ij. d. obolus j. d. ij. d. vj porcōs & iiij porcellas Thomam Ailesham v porcellas Rogerum Bullok j. porcū Adam Lucas j. porcū ad plenum pannagium hoc anno . Et ideo dabunt domino de consuetudine hoc anno pro quolibet porco ij. d. porcūlo j. d. & porcella obolus . Unde summa .

cc-Item presentant quod Ricardus manupastus Thome Ailsham qui est de etate xij annorum & amplius & residens infra dominium est extra decennam domini Regis Et ideo dictus Thomas in misericordia Et Preceptum est habere ipsius Ricardus ad proximam Curiam sub penam incrementam levitur

de communi fine iiij.s

Romesylver

Romselver vij.d

Avisagium d  
xxij obolus

misericordia ij.d  
ad proximam



pena dimidia marca proximam {  
cc-Item presentant regiam viam apud Aspole nocu-am omnibus peribidem transiuntibus pro defectu  
posicionis unius gutture ibidem ad commune nocumentum Et ideo preceptum [est] Homagio ponere predictam gutturam citra  
proximam Curiam de bosco domini eis deliberando hac vice & huc sub penam djmidie marce

misericordia iij.d {  
cc-Item presentant Willelmum Bailly prosternasse xxv ulmos in terris que tenet secundum consuetudinem manerij  
ad voluntatem domini absque licencia domini contra consuetudinem tenure sue super quo Preceptum est ballivo  
predictos ulmos ad manerium domini cariare Et predictus Willelmus in misericordia

misericordia iij.d {  
cc-Willelmus a Dene qui similiter tenet certas terras secundum consuetudinem manerij ad voluntatem domini succidit  
plures ulmos & fraxinos sine licencia domini Et ideo seisiti fuerunt & cariantur ad manerium  
domini Et nihilominus predictus Willelmus remanet in misericordia

Preceptum est ad proximam {  
essoniatu  
cc-Item presentant quod unum fossatum ad finem Marlie infra dominium non scrutatur ob defectum Willelmi  
Wedone ac unum aliud fossatum in Westrete similiter modo nocuam per defectum mundacionis eiusdem  
ob defectum Johannis inthelane quos preceptum est emendare citra proximam Curiam sub pena cuiuslibet xij.d

Eleccio {  
cc-Thomas Short capitalisplegius amotus est ab officio suo predicto loco cuius electus est Rogerus  
Bullok qui iuratus existit

misericordia iij.d {  
cc-Willelmus Bailly tastator cervisie ibidem presentat Johannem Pottesblode & Willelmum Bailly vendidisse cervisiam & fregisse assisam Et  
ideo in misericordia

Afforatores istius Curie Robertus Woderove }  
Willelmus inthelane } Jurati ¶ Summa istius Curia & Visus xxiiij.s ix.d obol  
preter j. vacca de herieto precij xiiij.s iiij.d

[End of Roll B7, apart from holes for string to secure several rolls together, several inches below.]

